Universitätsbibliothek Paderborn

Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri apostatæ super actis Ratisponæ

Eck, Johannes

Ingolstadii, 1543

VD16 E 416

Blasphemia Buceri contra caeremonias veteris legis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30106

Visual Library

cata remiſſa,& oĩa peccata ſunt vobis remiſſa,quia ſolũ in-
credulitas damnat.Itaq; iudicio Bucij veſtri eſtis damnati.

Sed audite blaſphemiam Buceri:prophetæ, inquit,cære-
monias,vt res deo maxime abominandas & execrãdas de-
teſtantur, etiã eas quas deus ipſe in lege ſua commẽdauit:
Citat Eſa.1.vbi reſpuit ſacrificia, ſabbata & ſolennitates Iu Eſaiæ 1
daicas,tanq̃ abominationes : intelligentia ergo Bucerana, Blaſphe-
peccaſſent Iudæi reuerſi in Iudæam,& antea, ſacrificia offe- mia Buceri.
rẽdo, peccaſſet Maria in tẽplo offerens ſecundũ legẽ Moyſi Lucæ 2
in die purificationis:mandaſſet Chriſtus pc̃tm̃ leproſo,Va Matth.8
de oſtende te ſacerdoti,& offer munus tuum quod præce-
pit Moyſes. Ita hallucinantur in re tam aperta doctorelli,
dum à nemine volunt doceri: præſumentes magnã doctri
nam,cum ſint parum docti & in Theologia inexercitati:a-
lioqui per regulã ſciuiſſent : nõ oĩa reprobata à pphetis re-
ferẽda ad illud tẽpus,q̃ ſcripſerunt,ſed ad tẽpus futurꝫ Meſ
ſię,vt illud Malachiæ:Nõ eſt mihi volũtas in vobis.&c.q̃d Malach.1
non erat verꝫ pro tpe Malachiæ, ſed pro tpe Meſſiæ, qñ ab
ortu ſolis vſq; ad occaſũ magnũ erat nomẽ dei in gentibus
cũ cõcordãtibus.Doctũ itaq; pphetæ verbũ de tpe futuro,
indoctus puerſor Bucius ad p̃ſens retulit tẽpus. Ite Ludde Lapſus Bucer.
rani & celebrate falſos veſtros magiſtros,expoſitores, imo
verius corruptores ſacrarꝫ literarꝫ,ſicut rationẽ literalẽ,cur
inſtitutæ fuerint cæremonię,ignorauit,& deo oblatas nimi
um extenuauit:de fiducia operꝫ in tertia parte tractabimꝰ.

Antiquũ eſt verbum, medicina nõ debet eſſe nocentior
morbo:Bucerus,quia aliqui nimiũ tribuant cæremonijs et
inuocationi ſanctorꝫ,prorſus illa reijcit,cũ potius deberet
oſtendiſſe rectum vſum illorꝫ,reiectis abuſibus,& lector ſci
ret eligere bonũ & reprobare malũ:ſic de audiẽdis miſſis,
precibus monachorum,venerãdis reliquijs ſanctorum, ac
exornandis eorum imaginibus & ſimilibus iudicandum,
ſi bona intentione,deuoto animo,ad gloriam dei,in quem

 fir-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

firmiter credunt, ante omnia charitatem habentes faciunt: nemo bonus illa mala dixerit, niſi ſumma impietate dicat bonum malum, & malum bonum.

Audite Lutherani iudicium veſtrum à Bucero, quoniã etiam Cayphas prophetauit: & erit quicunque audierit, tinnient ambæ aures eius.

bb. a Maxima Bucij intolerabilis ſibi, Luthero et omnibus eius pſeudapoſtolis.

QVicunq; nõ ſpiritu Chriſti cupiditates carnis reprimunt, & veterem hominem cum ingenitis morbis ac vitijs crucifigunt, ij vt non habent ſpiritum Chriſti, ita Chriſti non ſunt: & quamdiu in immunditia ſua, ebrietate, libidine, laſciuijs, ſuperbia, rapinis, dolis, fraudibus perſtant, &c. nullam partem habere poſſunt in regno dei. Ergo nullam habebitis partem vos Ludderani in cœlo, qui nihili ducitis hæc crimina, quia ſola infidelitas damnat, & ſola fides iuſtificat: interea perficitis deſideria carnis, etiam qui vouiſtis perpetuam caſtitatẽ deo: carnem minime crucifigitis, ſed nepotamini, inebriamini, quotidie nuptias celebratis ſacerdotes, etiam cum viduis, etiam cum meretricibus: & in ſumma, omne illud ſequimini, quod caro deſiderat, & refugitis quæ carni moleſta ſunt & nobis in ſacris literis ſunt commendata. ſ. frugalitatem, cõtinentiam, ſobrietatem, ieiunia, vigilias, orationes, ſicut & abſtinẽtiam à carnibus in quadrageſima, in angaria & ferijs ſextis, matutinas nocturno tẽpore, horas canonicas, confeſſionẽ, &c. vt vita veſtra magis conueniat ſcholę Epicuri, quàm Chriſti.

Chriſtiani peccatores.

Inuehitur Butzer in corruptam vitam præſulum eccleſiæ, epiſcoporum, cardinaliũ, &c. Reuera quotquot corrupte viuunt, malefaciunt, etiam ſi ſint principes vel ciues Lutherani: verum noſtri feliciores, quod agnoſcunt peccata, ſcientes quia fides ſine operibus mortua eſt, cõfitentur peccata ſua, & pœnitentiæ ſacramentum & remedium in eccleſia recipiunt iuxta præceptum Chriſti & eccleſiæ obſeruantiam: alij qui ſpretis ſacramentis ſoli fidei fidunt, confundentur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN